



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

L. De renovationibus Investiturarum, & aliarum concessionum Bonorum
directi Domini Camerae apostolicæ. 12. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)

Et quamvis ex ipsa Soc. jam alius dicit Consultor.

Etsi autem in praesentia Dilectus Filius Hieronymus Ridolfi saepedictae Societatis Presbyter locum unius Consultoris in memorata Congregatione Cardinalium teneat, tamen, ut Pontificiae huiusmodi indulgentiae possessionem ipsa Societas Jesu capiat, atque etiam ut paterna grati animi significatione prosequamur Dilectum Filium Emmanuelem de Azevedo ejusdem Societatis Presbyterum, qui non solum in quamplurimis sive colligendis, sive adorandis, atque in lucem edendis aliorum insignium Virorum operibus de rebus Liturgicis plenissime tractantibus, sed in antedictis etiam nostris Voluminibus, aliisque a Nobis compositis in unum veluti corpus de duodecim, & amplius Tomis constans cogendis, & quam castigatissime, splendidissimeque hic Romae recudendis maxime intentus, atque in ejusdem Sacrorum Rituum Congregationis negotiis accurate expediendis versatus, & instructus, primum huiusmodi locum quodam veluti merito sibi debitum vindicat.

P. Emman. de Azevedo, praesentis concessionis fructu gaudere statuit.

Eapropter ipsum Emmanuelem de Azevedo a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, praeter memoratum Hieronymum Ridolfi Consultorem, auctoritate, & tenore paribus, eundem Emmanuelem unum saepedictae Sacrorum Rituum Congregationis Consultorem itidem quoad vixerit facimus, constituimus, & deputamus; itaut uterque infimul, quoad ambo etiam in humanis fuerint, ejusdem Congregationis Consultoris munere perfungatur, nec alterius vacationi in posterum substituitur, sed per utriusque dumtaxat cessum, sive decessum, novus ejusdem Societatis Presbyter Consultoris huiusmodi locum a Nobis, ut praemittitur, dictae Societati assignatum tenere debeat.

Claufula.

Decernentes, easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces exiltere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictaeque Societatis Jesu etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Pont. A. VIII. die 24. Aprilis 1748.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Aprilis MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Cajetanus Amatus.

De Renovationibus Investiturarum, & aliarum concessionum Bonorum directi Domini Camerae Apostolicae.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Concreditum Nobis Apostolicae Sedis patrimonium non solum pro viribus utiliter administrare, sed etiam nulla sive amplitudinis, sive juris sui parte imminutum servare volentes, vix fieri posse intelligimus, ut Nobismet ipsis consent administrationis Nostrae rationes, nisi certo provisum extiterit, ut facultas disponendi de Bonis, Dominiis, Proprietatibus, & Juribus ipsius Sedis, & Camerae Apostolicae, quae ad Nos dumtaxat, & ad Romanum pro tempore Pontificem, Supremi Principis jure, pertinet, ab aliis quibuscumque, praeter Nostram, & Successorum Nostrorum scientiam, mentem, & voluntatem, exerceri minime valeat. Idcirco dependentes, quam amplis facultatibus, vel expresse, vel implicite ab Apostolica Sede instrui, vel etiam ex usu & consuetudine uti consueverint Venerabiles Fratres Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, qui, per temporalem Sanctae Romanae Ecclesiae Ditionem, ad Bononiam, Ferrariam, Aemiliam, & Urbini Legationes regendas & gubernandas, Legati de Pontificis Latere mitti, eorumque exemplo etiam Praelati Praefidentes, qui ad aliquas ex praefatis Provinciis cum facultatibus Legatorum a Latere regendas pariter, & gubernandas aliquando deputari solent; ne forte ex laxiori facultatum huiusmodi interpretatione, aut ex assertis consuetudinibus absque Nostra, & Pontificum Praedecessorum Nostrorum scientia inductis, in concedendis, aut renovandis Investituris Bonorum Feudalium, Emphyteuticorum, Livelliariorum, seu alio quocumque nomine, & titulo ad directum Dominium, & Proprietatem Camerae Nostrae Apostolicae pertinentium, aliquid per eos fieri contingat, quod potestatis eisdem attributae fines excedat, atque in ejusdem Camerae, illiusque Proprietatum, & Jurium detrimentum vergere possit; post discussam prius rem in Congregatione Particulari super Oeconomica Status Ecclesiastici administratione deputata, certos in hoc rerum genere eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Legatis, & Praelatis Praesidentibus, Provinciis Legationum praefatarum respective praepositis, limites, quos ipsi nullis futuris temporibus praetergredi valeant, etiam declarando & indulgendo ponere, & designare volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Literarum tenore decernimus & statuimus, ut in concessionibus, dationibus, & investituris Terrarum, Arcium, Villarum, Agrorum, Possessionum cultarum, & incultarum, Casalium, Lacuum, Sylvarum, Proprietatum, Bonorum, & Jurium quorumcumque, & cujuscumque generis, ad praefatae Sedis, & Camerae Nostrae Apostolicae directum, & proprietarium Dominium quomodocumque pertinentium, in Feudum proprium, sive improprium, nobile, sive ignobile, aut in emphyteusum, aliave ratione sub Censu, Canonis, Livelli, pensionis, regalium, & aliarum quarumcumque refectionum, & recognitionum praestatione, & solutione, haecenus factis, & deinceps quan-

docum-

Procurator de Bononia... Episcopus de Latere... Legatus... Pontifex... Quod...

documque faciendis, si, & quatenus initio concessio-
num, & investiturarum hujusmodi ea lex ex-
presse adjecta sit, vel fuerit, ut Feudatarii, Censu-
suarii, aut alii quocumque nomine, aut titulo
ea obtinentes, singulis quoque viginti novem
annorum, seu alio definito temporis curriculo,
suarum Investiturarum, aliarumve concessio-
num hujusmodi renovationes ab eadem Came-
ra petere, & accipere debeant; præfati Car-
dinales Legati, seu Prælati cum facultatibus
Legatorum Præsidentes respectivè deputati, in
suarum quilibet Legationis Provincia, præfiniti tem-
poris adveniente termino, eorumdem Investitu-
rarum, & Concessionum renovationes Feudata-
riis, Censuariis, Emphyteutis, aliisque præfatis,
illas tempore habili expetentibus, servatis tam-
en servandis, & cum eisdem pactis, legibus,
& conditionibus in prioribus Investituris ap-
positis & conventis, concedere, & per idoneum
Ministrum ipsius Cameræ Apostolicæ Procurato-
rem, seu Commissarium, aut alium, ad quem
pertinet, tempore habili similiter fieri mandate
liberè & licitè possint, & valeant, Nostra &
Romani pro tempore Pontificis licentiâ, seu
commissione speciali desuper minimè requisita.

Quoniam vero in Ducatu, & Provincia Leg-
ationis Ferrariensis, in vim antiquorum Du-
calium Decretorum ab Apostolica Sede expresse
confirmatorum, plerisque Censuariis, Emphyteu-
tis, aliisque Investuras habentibus, tributa di-
gnoscitur facultas alienandi Bona, seu Jura
emphyteutica, & aliâ ad directum, & proprietari-
um præfatæ Cameræ Dominium spectantia,
per contractus inter vivos nuncupatos, præh-
bito consensu Domini directi; & alibi etiam
ejusmodi facultas forsân concessa reperitur: Vo-
lumus itidem, & statuimus, ut ipsi Cardinales
Legati, & respectivè Prælati Præsidentes præ-
dicti; quatenus tamen Feudatariis, Censuariis,
Emphyteutis, aliisque Bonorum, & Jurium
Camerarum, in Provinciis Legationum præfa-
tarum consistentium, utilibus Possessoribus, sive
ex concessione lege, sive aliâ ex Supremi
Principis auctoritate, generaliter vel specialiter
hujusmodi facultas alienandi, distrahendi, & in
alios transferendi Bona, & Jura Cameralia præfa-
ta, præhbito Domini directi, idest ipsius Cameræ
Apostolicæ consensu, legitimè competat; &
dummodo alienationes hujusmodi non fiant in frau-
dem ipsius Cameræ, & ad prævertendam, at-
que frustrandam eorundem Bonorum, seu Ju-
rium devolutionem, quæ ob deficientiam Suc-
cessorum in Investituris comprehensorum, &
ad eas vocatorum, imminere dignoscatur;
quoties de consensu ipsius Cameræ nomine
præstando requisiti fuerint, possint similiter &
valeant, absque speciali Nostra, & Romani
pro tempore Pontificis licentiâ, & commissione,
consensus hujusmodi, Nostræ, & Successorum
Nostrorum, ipsiusque Cameræ nomine præsta-
re, seu beneplacitum interponere, & novas
consequenter investuras favore acquirentium,
sub iisdem tamen pactis, & conditionibus da-
re, & concedere, ac necessaria quæcumque
Instrumenta desuper celebrari facere.

Porro renovationes Concessionum, & In-
vestiturarum, necnon alienationes, distractio-
nes, & translationes Bonorum, & Jurium Ca-
merarum præfatorum, per Cardinales Legatos,
ac respectivè per Prælatos Præsidentes prædictos,
ac prævio consensu præfato in prædictis casu-
bus, juxta seriem præsentium, aliâs tamen ca-
nonicè factæ, perinde valeant, plenamque ro-
boris firmitatem obtineant, & illis, in quorum
favorem factæ fuerint, in omnibus, & per om-
nia plenissimè suffragentur, ac si de speciali,
expressa, & individua Nostra, & Romani pro
tempore Pontificis licentiâ, & commissione factæ
fuisent; nec ad id alterius beneplaciti, seu

confirmationis Apostolicæ adminiculum requi-
ratur.

Cæterum quoties Bona, Res, & Jura præ-
dicta, sive ob lineam finitam, sive ob non
petitam præscriptio tempore renovationem, aut
ob non solutionem Canonum, aliarumve re-
sponsum, seu Caposoldi, aut Laudemii,
vel ob non adimpleta promissa, & in Investituris,
& Concessionibus respectivè contenta, aliâve
quâlibet ex causâ, juxta præscriptum in Lite-
ris piæ memoriæ Prædecessoris Nostræ Gregorii
Papæ XIII., sub datum Romæ apud S. Pe-
trum Kalendis Junii Anno Incarnationis Do-
minicæ MDLXXX., incipien. *Ad Romanæ Pon-
tificis* (quarum Literarum tenorem, ac dispo-
sitionem præsentibus pro insertis habentes, in
omnibus, & per omnia approbamus, confir-
mamus, & innovamus), ad ipsam Cameram
Apostolicam devoluta fuerint; Motu, scientia,
& potestate prædictis, statuimus, & decerni-
mus, non licere præfatis Cardinalibus Leg-
atis, aut Prælati Præsidentibus, eorundem
Bonorum, Rerum, aut Jurium, cujuscumque
generis, & qualitatis existant, & quantumvis
parvus, atque etiam minimus tam Proprieta-
tis, quam responsum valor sit, & esse dig-
noscat, novas Investuras, aliasque Conces-
siones quascumque dare, & largiri; neque eor-
undem Detentoribus, & Possessoribus, incur-
sas, ut præfertur, quæcumque ex causâ, ca-
ducitates, devolutiones, & privationes, etiam si
nondum ipsius Cameræ nomine declaratæ, &
acceptatæ fuerint, aliasque penas remittere,
& condonare, aut restitutiones in integrum
concedere, sive super Canonibus, Livellis,
& Laudemiis, aliisque præstationibus non so-
lutis concordare; Volentes, ut quicumque no-
vas hujusmodi Investuras, & Concessionem
impetrare voluerint, sive se in prioribus In-
vestituris comprehensos, aut vocatos, in casu-
bus dubiis declarari postulent, aut etiam ea-
rundem Investiturarum, & Concessionum re-
novationes sibi, tamquam proximioribus, aut
heredibus ultimi Possessoris, competere,
etiam ex pacto, aut ex titulo etiam oneroso,
asserant, & contendant; quive caducitates,
& penas incurfas sibi remitti, & condonari,
aut se ad compositiones, sive ad purgationis
moræ, aliudve gratiosum beneficium admitti
cupiant; ad Nos, & ad Romanum pro
tempore Pontificem immediatè recurrere te-
neantur; nec ab aliis quibuscumque nova-
rum Concessionum hujusmodi, aut condona-
tionum, remissionum, sive restitutionum in
integrum, aliaque beneficia prædicta, seu
gratiosas declarationes utiliter obtinere possint,
& valeant; Nos enim præmissarum omnium,
& singularum gratiarum, declarationum, &
beneficiorum concessiones Nobismetipsis, &
Successoribus nostris Romanis Pontificibus pri-
vativè, & expresse, motu, scientia, & po-
testate similibus harum tenore reservamus.

Decernentes pariter ipsas præsentis Literas,
& in eis contenta quæcumque de subreptionis,
vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu in-
tentionis Nostræ, aut interesse habentium
consensus, aut alio quocumque, quantumlibet
substantiali, & individuum expressionem requi-
rente defectu notari, impugnari, restringi,
invalidari, ad viam & terminos juris, aut ve-
teris consuetudinis reduci, seu aliâs in jus, vel
controversiam revocari posse, sed easdem præ-
sentes semper firmas, validas, & efficaces exis-
tere, & fore, suosque plenarios, & integros effec-
tus fortiri & obtinere. Sicque, & non aliter Car-
dinalium Legatorum, aut Prælatorum Præsiden-
tium prædictorum facultates, & privilegia, sive ex-
pressa, sive per generalitatem verborum concepta,
intelligi, & interpretari debere; atque ita in præ-

III.
Verum in
casu devolu-
tionum, &
caducita-
tum, ipsis
non licet
novas inve-
sturas &c.
concedere.

Et recursus
etiam in casu-
bus dubiis
ad Roma-
num Pon-
tificem ha-
beatur.

Clausula
pro Præmis-
sorum firmi-
tate.

II.
Possunt
etiam con-
sensum præ-
stare in alie-
nationibus
Bonorum in
Partibus, ubi
facultas con-
cessa est.

Sub certis
conditioni-
bus.

Idque pro
illis Parti-
bus valeat,
ac si Sancta
Sede imme-
diatè gestum
fuisset.

1748.

illis omnibus, & singulis cenferi, & per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camera-rium, & alios Cardinales, necnon ipsius Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, Præ-identes Clericos, aliosve Officiales, & Ministros, ac cæteros, quavis auctoritate, & potestate fun- gentes, & quodcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quobcumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariis.

Non obstantibus Constitutionibus, & Or- dinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius Prædecessor in superius relata Constitutione voluit non obstat; necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum in Provinciis Legationum præfatarum consistentium quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, litis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis etiam favore Cardinalium Legatorum, aut Prælatorum Præsidentium prædictorum, communiter, seu peculiariter, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contra-riis præmissorum quomodolibet concessis, confir- matis, & innovatis; Quibus omnibus, & sin- gulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia ex- quisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficien-ter expressis, ac de verbo ad verbum infer-tes habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, Motu, & potestatis plenitudine paribus speciali-ter, & expressè derogamus, cæterisque con- trariis quibuscumque.

Pontifex
mandat
præsentium
publicatio-
nem.

Utque eadem præsentibus ad omnium Censu- riarum, Feudatariorum, Emphyteutarum, alio- rumque Bonorum & Jurium Cameralium in Provinciis Legationum præfatarum consisten- tium, utilium Possessorum, & aliorum, quos ipsæ præsentibus concernunt, notitiam facilius deducantur; Volumus, & decernimus ipsas præsentibus in plena Camera legi, & registrari, ac ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, aliisque consuetis locis, per aliquem ex Curforibus Nostri in Urbe; In singulis vero Legationibus prædictis in Loco residentis Car- dinalis Legati, aut Prælati Præsidentis Car- dinalis, & affigi, ac earum exempla ibidem af- fixa relinqui; quæ sic publicatæ, & affixæ, omnes & singulos præfatos perinde afficiant, & arctent, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent. Quodque ea- rumdem præsentium Transumptis, etiam im- pressis, manu Notarii publici subscriptis, & si- gillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiasti- ca constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Et fidem
transumptis
haberi.Sanctio pœ-
nalis.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc pag- inam Nostri Decreti, statuti, reservationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at- tentare præsumpserit, indignationem Omnipo- tentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apo- stolorum ejus se noverit incursum.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII. pridie Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

J. Datarius.

Pro Domino Cardinali Passioneo.

Jo. Florius Substitutus.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 3. Julii 1748.

Ad Poloniæ Regni Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos: De concessione, & executione Dispensationum Apostolicarum super impedi- mentis Matrimonii.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

MAGNÆ Nobis admirationis, nec minoris doloris causa fuit, quod ex fide dignos rum relatione, certisque gravium Virorum Li- teris accepimus, falsam quandam in isto Polo- niæ Regno opinionem, & famam invaluisse; quod scilicet ab hac Apostolica Sede, cui Nos, licet immeriti, Divina ordinatione præsidemus, aliqua dispensationes Matrimoniales concessæ & missæ fuerint, & hæcenus concedi, & mitti soleant, quibus sublata sint impedimenta Canonica Matrimonio legitime, aut valide ineundo obstantia, licet contrahentium alter, vel etiam uterque, Hæreticam sectam aperte profiteatur. Quod quum non nisi per injuriam, & intolerabilem calumniam excogitatum sit, atque disseminatum; Apostolici ministerii No- stri officio deesse Nos arbitramur, nisi Vobis, Venerabiles Fratres, atque omnibus, ad quos hæc Literæ Nostre perventuræ sunt, tes- tatum ac manifestum redderemus, quæ sit in hoc rerum genere perpetua Apostolicæ hujus Sedis agendi regula, & constans consuetudo; simulque Vos omnes, & singulos per istud Poloniæ Regnum, suâ semper fide, & reli- gione commendatum, Ordinarios Præsules con- stitutos, enixè admoneremus, & per miseri- cordiam Dei obsecrarem, ut Literas Dis- pensationum Matrimonialium, quæ pro ipsius Regni Incolis ab hac Sede, & Curia mitun- tur, & ipsi attentè legatis, atque expendatis, & a vestris quique Vicariis, & Officialibus ac- curatissimè considerari jubeatis. Nos enim pro certo habemus, idque mox planum facturi su- mus, si quid usquam in hac parte peccatum est, non id factum esse Apostolicæ Sedis, ejusque Officialium culpâ; verum aut Ordinariis Locorum, aut eorum Ministris, qui transmissas Dispensationum Literas nec legere, nec satis pen- sare curarunt, omnino tribuendam esse.

Neque verò necesse habemus ea omnia in medium proferre, quibus luculenter demon- strari posset antiquitas ejus disciplinæ, qua semper Apostolica Sedes Catholicorum cum Hære- ticis conjugia reprobavit. Sed aliqua dumtaxat asserere sat erit, quibus ostendamus, eandem disciplinam ac regulam ad Nostri usque tem- pora constanter servatam, apud Nos & Apo- stolicam Sedem non minus integram vigere, & religiosè custodiri. Hoc est, quod de se ipso, suisque temporibus testatus est felix recordatio- nis Prædecessor Noster Urbanus Papa VIII. in suis Literis Apostolicis datis die xxx. mensis De- cemberis Anni MDCXXIV., quæ leguntur apud

1748.

Datum Pon-
tificatus
Anno VIII.
die 12. Junii
1748.

LI.

Causa res-
scribendi
hanc Epis-
tolam.Quia videtur
cer falsis ad-
sertum fac-
rat S. Sedem
cum Hære-
ticis dispen-
satione ad con-
trahendum Ma-
trimonium.Idque il-
lum con-
probat.Disciplina
Ecclesiæ
Romanæ
circa Matri-
monia Catho-
licorum cum Hære-
ticis.

Cardi-